

EPICEDIA

IN REVERENDI,  
NEC NON DOCTI VIRI  
Dn: PETRI BOEMI Cantoris apud  
Ciccavienses Laudatissimæ memoriæ felicem obi-  
tum, ac vitæ caducæ cum vita beata commu-  
tationem, 24- die Octob. Anni M. D.  
XCIX. factam,

QVÆ ORNATO ET DO-  
CTO VIRO DN: M. EVSEBIO  
BOEMO, ad ædem Divæ Mariæ Diacono ibidem  
vigilanti offerunt & dedicant conterranei De  
bitæ gratitudinis & amicitia ergò.



VVITTEBERGAE,  
Typis Zachariae Lehmanni, Anno  
M. D. C. I.

Lit. Lat.  
rec. A.  
392, 38.







**D** Langite Pierides, domus inclyt a plange

BOEMI,

Et Cycnea tuas imbre rigato genas,

Cur? validum cecidit fulcrum, quo pluribus annis

Parte sui insigni nunc SCHOLA fulta fuit.

Ædibus in magnis cum fundamenta labascunt,

Exstructum tota mole fatiscit onus:

Sic ubi jam PETRUM sub morunt fata BOE-

MVM,

Cycneæ Patriæ magnus abiit honos,

Magnus abiit honos, nec eum Schola nostra pa-  
rabit.

Omnipotens dederit ni Deus ipse alium,

Laudibus hunc hominum nullus celebraverit æquis

Quantumvis linguis præditus iste fiet.

Eius doctrinæ fuit aucta scholastica multum

Res, domibus sacris commoda mille tulit.

Quod superest, te CHRISTE precor, mea vota be-  
nigno

Accipias vultu, voce gemente data,

Incolumes reliqui, longo maneantq; celebres

Tempore Doctores: crescat ut inde Schola.

Crescat ut inde schola, ac millenos proferat usus,

Qui placeant homini, qui placeantq; Deo.

A 3

1120-



QVO PARENS MORITVRVS EV-  
sebiūm Filium suūm alloquitur.

**P**ars anima dilectā meā, Patris, una voluptas,  
Quicquam juris habent si ultima verba, tui.  
Parce precor lacrymis, vitæ cursum ecce peregi,  
A te jam subito me mea fata vocant.

Te tua fata vocant? quid non brevis eripit hora  
Heu homini: heu miseri somnus et umbra sumus.

Parce, inquā, lacrymis Fili: Sic latus in auras  
Migrabit tennes Spiritus indè meus.

Est mihi dulce mori: mihi namq̄, fuere labores,  
Atq̄, Scholæ in miserâ conditione fui.

Care Pater, fateor: sed. Fili nonne quiescis?

Lumina caligant jam mihi morte gravi.

Ora rigat lacrymis cur? cur rumpitq̄, capillos

Costa tua? ac teneras cur secat ungue genas?

Heu quid agis conjunx? quid agam DECVS, ecce mi-

Ab fletu incuso tristia fata Patris. (sellam!

Tristia fata Patris deplorat: molle GENVS: nunc

Est mihi suave etiam te superante mori.

Nate vale, valeat Ianus, mea nata Maria:

Et valeant reliqui quotquot in VRBE uigent.

VVolfgangus Pölerus Cycneus.

ALIVD



# ALIUD IN MORTIS sævitiã.

**H**eu rigidaẽ mortis quàm non clementia, tra-  
ctat  
Corpora quæ juvenum, ducit & ipsa  
senes.

Nescia mors legis, cunctos collimat ocellis  
Turres pulsando regum, inopumq; casas.  
Torua nimis facies, cûi nulla resistere virtus,  
Contra vim tantam nulla medela fata est.  
Quid multis? Errant mortis citó tela pharetrâ,  
Per mare, per terram, faxa per alta volant,  
Terrigenis quæso tendit cur spicula dira,  
Quid quod non vni parcere fata queant;  
Peccati precium hoc primi liquere parentes,  
Sunt ubi transgressi qui pia verba DEI.  
Arcum vi validâ quamvis extendat in omnes,  
Morsq; licet curuâ corpora falce metat:  
Attamen ut Ionam cœtus, quem sorpserat antè,  
Voce sonante DEI littoribus recoquit:  
Sic nigra mors olim reddet, quos faucibus imis  
Mersit, ubi Christus cœlica verba feret:



SURGITE DEFUNCTI: Venient citò membra se-  
pulta,

Et coram stabit Iudice cunctus homo  
Pòst sponsam sponsus deducet ad alta polorum  
Regna; Det hæc nobis, comprecor, alma Trias,

*Iohannes Bohemus Cygneus*  
*Filius facieb.*

---

## ALIV D.



*Vix ego nunc valeo lacrimas compefcere*  
*tristes,*

*Et curas animo non abolere meo.*

*Evanuit subito P R A E C E P T O R funere vitæ*  
*Orbatus; cæli Regna beata colens.*

*Sed -nil vota juvant, fletus nil proficit, atrum*  
*In cinerem remeat quod fuit ante cinis.*

*Terra sumus, terram colimus, terramq; subimus,*  
*Perpetuè hæc omnes lex premit atq; ligat.*

*Ergo opus haud quidquam nimis indulgere dolori*  
*Immodico; satis est, Sic voluisse D E V M.*

Paulus Reinholdus  
Cygneus.

Threnodion



THRENODION FILII  
ad parentem demor-  
tuum.

**W**ie zergänglich seind all ding/  
Wie ist diß leben so gering/  
Wie geht der Mensch hin/wie  
ein schat/

Der bald nichts ist/behelt kein stat/  
Wenn er von seinen Leib abg eht/  
Der itzund in der Sonnen steht.  
Gleich wie das Radt laufft in der lufft/  
Also das End den Anfang rufft :  
Gleich wie das Schiff vō rudern fehrt/  
Wenns ist mit lasten nicht beschwert/  
Also



Also der Todt zum leben dring/  
Bis ihm endlich das Spiel gelingt/  
Da selig ist/der tapffer ringt/  
Und glücklich zu dem ziel hinspringt/  
Der Mensch fehrt hin/ bleibt nichts  
von ihm/

Auch sein gedechtniß bald dahin/  
Kompt einer aus der Augen schein/  
So kompt er auß des Hertzten schrein:  
Die Welt helts so: wie aber ich?  
O Vatter/dein vergieß ich nicht/  
Ob ich gleich deiner braubt mus sein/  
So bleibstu doch der Vatter mein/  
Deim Schöpffer ich hie nichts benim/  
Dich lieb ich noch/Gott gib mich ihm.

Christianus Bohemus Cycneus  
facieb. filius.

F I N I S.

Lit. Lat. rec. A 392, 38.